

immanissimas nives Pragam usque et in Strahow pervenerint. Adventus eorum circa festum sanctorum Fabiani et Sebastiani ¹⁾. Cum in crastino die, videlicet beatae Agnetis ²⁾, abbas Godscalcus rogatus dicere verbum dei, inter alia, quae intulit verba, quoque beati Ambrosii ad se traxit, et alludens materiae secundum tempus conversionis suae, ita locutus est dicens: Beata, inquit, virgo Agnes, cuius hodie solemnia colimus, decimo tertio aetatis anno mortem perdidit, et ³⁾ vitam invenit; ego autem eosdem vitae habens annos versa vice vitam perdidit et mortem inveni. Annos vitae appellavit illos, ex quo coeperat vivere deo, non eos, quos in vanitate seculi consumpserat; quorum tamen omnium summa poterat esse tunc ⁴⁾ circiter triginta tres anni. Itaque transacta in Strahow aliquanti ⁵⁾ temporis mora comperiunt ibi certa relatione, quod locus evocationis eorum non sit vacuus, quod ad introitum eorum oporteat eiici antiquos habitatores eius. Hoc illi aegre ferentes referunt ad episcopum Danielem, quibus ille tale fertur dedisse responsum: Non propter vos, inquit, eiiciuntur, sed propter excessus suos, cum etiam, si vos non essetis, mallet potius ibi lupos ullulare, quam tales habitare. Ita episcopo perseverante in sententia fit illorum exterminium et nostri succedunt eis usque in hodiernum diem. Sic contigit et tali ordine processit illorum eiectio et istorum introductio, utrum bene vel male, non est mei iudicii, sed episcopus viderit. Unde si quis ignorat, quid iuris habeat Pragensis episcopus in Syloensi ecclesia, sciat, quod sicut in aliis ecclesiis ius dioecesanum, ita et in Syloensi vendicat sibi ius patronatus, quod accidisse creditur ratione concambii, ex eo videlicet, quando dominus Otto, Pragensis episcopus, duci antiquo Zobezlao dedit Podywin in concambio pro Syloensi circuito. Porro fratres nostri Syloensem locum, sicut dictum est, sunt ingressi. Credi non potest, quantam deinceps famem, quantam penuriam omnium rerum pertulerint, quia et monachi, qui depulsi erant, tanquam ex industria, cuncta distraxerant ⁶⁾, omnia consumpserant, nihil minus fecerant a vastitate hostili,

jich připadá okolo svátku svatých Fabiana a Šebestiána. A když na zejtrí den, totiž den bl. Anežky, opat Gotšalk požádán byl, aby kázal slovo boží, tu mezi jiným, co položil, slova též bl. Ambrože na sebe vztáhl, a dotýkaje se látky podle času obrázení svého, tak promluvil řka: Blahoslavená, pravil, panna Anežka, jejíž dnes památku slavíme, v třináctém létě věku svého smrt ztratila [a] život nalezla; já však táž života maje léta naopak život jsem ztratil a smrt nalezl. Léta života nazval ona, kdy totiž byl počal žiti bohu, nikoliv ta, která v marnosti věku byl strávil; těch pak všech sumou mohlo býti tehda asi třidecet tři let. A tak pobývše na Strahově za nějakou dobu dověděli se tam z jistých zpráv, že místo povolání jejich není uprázdněno, než že před příchodem jich jest třeba vypuditi staré obyvatele jeho. Což oni těžce nesouce pověděli to biskupu Danielovi, jimž on takovou prý dal odpověď řka: Nevypuzují se k vůli vám, nýbrž pro pych svůj, neboť, i kdyby vás nebylo, chtěl bych raději, aby tam vlecí vili, než oni bydleli. A tak když biskup setrval na rozsudku, stalo se jich vypovězení a naši následují je až po dnešní den. Tak sběhlo a takovým pořádkem událo se oněch vypuzení a těchto uvedení; zdaž dobře či nedobře, nechci souditi, to nechť si vyjedná biskup. Tudiž nezná-li kdo, jaké právo má pražský biskup v Želivském kostele, věziž, že jako v jiných kostelích osvojuje si právo diöcesana, tak v Želivském i právo podací, což prý se stalo způsobem směny, tehdaž totiž, když pan Ota, pražský biskup, knížeti starému Soběslavovi dal Podivín směnou za Želivský újezd. A tak bratři naši do Želivského, jakož pověděno jest, přišli jsou místa. Uvěřiti nelze, co napotom hladu, jaký nedostatek všech věcí snášeli, poněvadž mniši, kteří vypuzeni byli, jakoby schválně vše roznesli, všecko spotřebovali, nic jinak než jako pustošící nepřítel, s tím toliko rozdílem, že nezapálili stavení. Biskup též, jenž je byl uvedl, žádného více milosrdenství neprokázal jim, aniž jim almužny

¹⁾ 20 Ledna. — ²⁾ 21 Ledna. — ³⁾ nemají opisy. — ⁴⁾ nemá 3. — ⁵⁾ aliquali 3. — ⁶⁾ destruxerunt . . . , consumpserunt . . . fecerunt 3.